

tentur, l. 1. §. 2. ff. de requir. vel absent. damn. qui si intra prefixum terminum non comparent, describuntur, & arrestantur eorum bona, & elapso anno eis ad se defendendos concessio d. leg. 1. ff. de cod. de requir. & absent. damn. nisi profaverint fuisse legitimum impeditos, arg. l. Succurritur 9. ff. ex quibus causis. Quinto, accusari non possunt Magistratus temporales, vel Præsides, aut Legati Provinciarum durante eorum officio, nisi delinquant circa officium, vel crimen notorium sit; l. Hos accusare 12. ff. de accusat. l. 11. tit. 1. p. 7. In reliquis autem differtur accusatio usque ad terminum officii, data interim ab eis cautione de iudicio sistendi; l. Si adult. 38. §. ult. ff. ad leg. Julianam de adult. Sexto, accusari non possunt Christiani ab infidelibus, hæreticis, & judæis, 12. cap. Paganus caus. 2. q. 7. Denique accusari non possunt omnes, qui superiores se non agnoscunt, ut Papa, Imperator, Rex &c. cap. Nemo 13. caus. 9. c. Aliorum 14. c. Facta 15. caus. 9. q. 3. (Ad primum vide quæ antedecederent sunt adnotata supra. Per omnia: l. 17. tit. 14. p. 7. & add. hisp. in verb. Furtum. Regul. 4. tit. 34. p. ejusd. Ad secundum l. 4. tit. 19. p. 6. l. 9. tit. 1. l. 10. tit. 7. l. 8. tit. 31. part. 7. nisi per vim adulterium fuisset commissum, nam tunc intra triginta annos l. 4. tit. 17. p. 7. aut divortium præcesserit vide leg. 3. ejusd. Ad tertium leg. 13. tit. 20. lib. 4. For. Reg. & 12. tit. 1. p. 7. nisi probetur malitiosè fuisse absolutum, vel liberaandi causa ead. leg. 12. & 10. tit. 20. lib. 4. ejusd. For. Ad quintum leg. 2. & 11. tit. 1. part. 7. leg. 2. ejusd. tit. & lib. For. Reg.)

13 Accusatio contra Prælatos, seu superiores non est de facili admitenda ex Concil. Lateran. 3. cap. 8. ubi rediens rationem habet præcisa verba: Quia dicit Concilium, non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quia etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare, frequenter ordinum multorum incurrit, & insidias parantur. Ideo Sancti Patres providè statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facili admitatur, ne concussus concussio contra edificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam maligne criminationi janua præcludatur? Ita Concil. ad literam. Legati, Præsides provinciarum, quique reipublice causa absunt, accusari non possunt, dummodò tamen non detractandæ legis causa absint; si enim quis vel negotii sui obeundi gratia, vel evitandæ accusationis liberam legationem impetret, eandem cum reliquis absentibus fortunam subibit, nempe ut requirendum annotetur, ejusque bona obsequentur, l. Absentem 6. c. de accus. leg. 2. de exhib. & transmitt. reis: ibique diferte Antonius Matthæi ad tit. de accus. cap. 3. num. 2. Si crimen pluribus legibus vindicetur, accusatus ex una lege, accusari, & reus fieri non potest ex alia ob idem crimen admissum, ut (ut explosa Accusarii, ceterorumque veterum glossophorum sententia) apprimè

Alcalde de Corte, y Chancilleria, quoniam, si coram istis causæ agitentur, citatio, & præconizatio ter faciendæ venit sub triduo, cum unica contumaciæ incusatione in novem diurnum finem: & si Reus non compareuerit, causa habenda erit pro conclusa, in litemque prosequetur, hispano sermone, en rebeldia con los estrados. (1)

rebeldia, si el delito fuere de muerte, ò tal, porquè merezca muerte, sea condenado en la pena del homecillo. y si al dicho tercero plazo no pasciere, siendo la acusada la tercera rebeldia, mandamos que le sea puesta la acusacion en forma como si fuese presente, y mandesele que responda à ella dentro de tres dias: y si dentro de los tres dias no pasciere, siendole acusada la rebeldia, se haya el pleyto por concluso, y se reciba à prueva con el termino que le fuere señalado; con tanto, que no exceda el termino del que por leyes de este nuestro libro está ordenado que se asigne en las causas civiles: informandose asimesmo el Juez de su officio, por quantas maneras pudiere, de la inocencia del tal acusado: y pasados los dichos dias se presente la tal probanza en el proceso, y se haga publicacion en la causa con termino de tres dias, para tachar, y decir

Antonius Matthæi loco citato numer. 4. deducit el L. Senatus 4. ff. de accusat. Servi accusari quidem possunt de crimine, nonnullis tamen exceptis, iis scilicet in quibus bonorum pars publicatur, vel quorum pena est civitatis, vel libertatis ademptio. Non ideo tamen penam servi evadent eorumdem criminum rei; Alia enim, sed extra ordinem, duriori placentur, ut ad l. Hos accus. 12. §. ult. ff. de accus. advertit loco citato numer. 1. Antonius Matthæi.

ACCUSATOR AD QUID TENEATUR.

SUMMARIUM.

- 1 Accusator tenetur se subscribere ad penam talionis.
- 2 Accusator tenetur probare crimen quod obijci.
- 3 Et si non probat, tenetur subire penam talionis.
- 4 Istitis tamen nostris temporibus videtur hanc penam talionis abesse in desuetudinem. Si quis tamen esset convictus, quod innocentem vere malitiosè accusasset, deberet adhuc puniri pena talionis.
- 5 Accusator nedom in scriptis tenetur dare accusationem, sed præter scripta debet in persona se conferre ad iudicem.
- 6 Accusator oblato jam libello non potest amplius desistere ab accusatione.
- 7 Potest tamen desistere impune ante libellum oblatum, etiamsi publicè, & coram iudice prius dixerit se accusatorem.
- 8 Accusator tenetur ad expensas, si accusatus se purgat.
- 9 Accusator accusans ob pecuniam, puniendus est exilio, vel durius, tenetur restituere, nec unquam potest esse iudex, aut testis.
- 10 Accusans Clericum si non probat per tres, vel saltem duos testes, excommunicatur.
- 11 Ex aliena manu subneuntur, ad num. 21.

ACCUSATOR tenetur se subscribere ad penam talionis, S. Damasus epist. 4. cap. 7. caus. 4. cap. Nullus introducatur. Et tenetur probare crimen, quod obijci caus. 2. q. 8. cap. Qui crimen caus. 2. q. 7. cap. Si quis Episcopus, Presbyter. &c. Et si non probat, debet subire penam talionis, id est penam, quam reus pati debuisset, si crimen probatum fuisset, S. Damasus post epist. 7. decret. 1. caus. 2. quest. 3. capitul. Calumniator. Accusator, qui probare debet crimen, non tenetur prius corrigere fratrem; obligatio enim illa probandi supponit, non esse crimen omnino occultum; & præterea ille jus habet, ut bonum proprium curet, vel reipublicæ, cujus membrum est, & ne delicta maneant impunita, nec delinquentis consortio alii inficiantur, Corduba de detractioe quest. 2. concl. 4. ¶

de bien probado: y esto asi hecho, sea avido el pleyto por concluso para definitiva. . . (1) L. 7. tit. 6. lib. 2. Ordenamos, que en la forma del citar, y proceder en las causas criminales por los dichos nuestros Alcaldes de la nuestra Casa, y Corte, y Chancilleria, tengan, y guarden la forma siguiente: que si el delito fuere cometido dentro de nuestra Corte, y cinco leguas enderredor, que los dichos nuestros Alcaldes hayan su informacion; y avida, que el reo sea atendido, y pregonado por los nueve dias acostumbrados por tres emplazamientos, y por pregon de tres en tres dias, sin acusar rebeldia, salvo el postremo de estos nueve dias. . . y si en el postrimero plazo el reo no pasciere, que luego otro dia siguiente se haya el pleyto por concluso, y de ahí adelante continen su pleyto en rebeldia con los estrados. . .

Istitis tamen nostris temporibus videtur hac pena talionis abesse in desuetudinem, & commutata per contrariam consuetudinem in penam arbitriariam, & extraordinariam, ex quo propter talionis penam multietiam à iuxta accusatione fuerint deterriti, & sic delicta manserint pluries impunita non sine gravi reipublice damno. Si quis tamen esset convictus, quod innocentem vere malitiosè accusasset, deberet adhuc puniri pena talionis, vigore const. S. Pii V. in ep. Cum primum, in qua innovatur pena talionis, & presertim in illis locis, & regionibus, in quibus iustus de causis per suas peculiare leges mandatur, ad præcludendam viam calumniis, & imposturis, adhuc observari superius citata decreta S. Damasi de pena talionis. Vid. verb. Pena art. 2. num. 24.

- 5 Accusator nedom in scriptis tenetur dare accusationem juxta caus. 2. q. 8. cap. Accusatore, sed præter scripta debet in persona se conferre ad iudicem, caus. 5. q. 2. cap. Relatum, & q. 8. cap. ultim. (Lex. 14. tit. 1. p. 7. Lex. 5. tit. 20. lib. 4. For. Reg.)
- 6 Accusator, oblato jam libello, non potest amplius desistere ab accusatione, & quia interest reipublicæ ne deseratur accusatio jam inchoata, sive sit vera, sive sit falsa: si enim esset vera, eam prosequi oportet, ne delicta maneant impunita; si vero falsa, eam prosequi expedit, ut calumniator debite puniatur, l. in senatus consultum 10. §. 5. ff. ad s. c. turp. & aut. qui semel, cod. quomodo, & quando, l. viles 11. §. 3. ad leg. Julianam de adult. Potest tamen desistere impune ante libellum oblatum, etiamsi publicè, & coram iudice prius dixerit se accusatorem, cap. Licet 14. de accusat. Accusator tenetur ad expensas, si accusatus se purgat de accusat. cap. Accedens, l. qui crimen, 3. cod. de his, qui accusat. & incurrit infamiam, l. si pro eo, 2. cod. de his, qui accusat.
- 9 Accusator accusans ob pecuniam puniendus est exilio, vel durius, & tenetur restituere, nec unquam potest esse iudex, aut testis, caus. 1. q. 1. cap. ult. Accusans Clericum, si non probat per tres, vel saltem duos testes, excommunicatur, caus. 3. quest. 4. cap. Placuit.
- 11 Tria olim Accusatorum præstare oportebat de Jure Romano, ut legitime accusationem institueret; Delationem scilicet, Inscriptionem, & Subscriptionem. Primum enim nomen rei ad Prætorum deferebat postulans, ut inter res reciperetur. Prætor inscribat. Inscriptio autem erat professio accusatoris profitentis se detulisse nomen rei; sebatque correcto iudici libello, vel quereela apud acta publica. His accedebat ultimo loco Subscriptio, qua accusator testabatur se professum esse, ad talionis penam semet obligando. Cautionem verò, & inscriptionis formam, modum, ad solemnitates eruditè & copiose demonstrat Anton. Matth. cap. 6. per tot. de accus. 15 Probandi onus accusatori incumbit. (Leg. 7. tit. 20. lib. 4. For. Reg. leg. 1. tit. 7. p. 7.) Quibus autem modis crimen accusati probandum sit, patet ex l. ult. cap. de probat. Tres ibi afferuntur probationis species. Testes scilicet, tabula, & indicia, sive argumenta, quæ tamen extent luce clariora. Quare falli manifesto eos, qui in criminali iudicio tabulis & argumentis probandi vim negant esse, evincit more suo nervosè & doctè Antonius Matthæi de prob. 1. n. 3. & c. 6. ser. per tot. (Vid. add. hisp. secund. in verb. Probatio, & verb. Testis, vid. tit. 11. 12. 13. 14. præcipue in leg. ejus 8. tit. 16. & 17. p. 3.)
- 17 Pena Accusatori oblato jam libello ab accusatione desistentis ex s. c. turpillano Neronis temporibus edito hæc est. L. puniatur extra ordinem multa quinque libra-

Sicuti pena talionis, multis abhinc temporibus in desuetudinem abiit, ita comparandi personaliter obligatio, oblato ab Accusatore libello. Nostro jure, cum certæ causæ in quibus ab accusatione amplius se desistere haud possit, nominentur, Auctoris doctrinam num. VI. appositam oportet eodem intelligendum concepti; generaliter enim ibi in potestate Accusatoris similis desistentia, relinquuntur, iudicis tamen interviendæ auctoritate, (1) attempta qualitate delicti: eoque ab abolitioni non sit locus, præcipue in aliquibus. (2)

(1) L. 19. tit. 1. part. 7. Ciertas, & señaladas cosas son en que el Acusador no puede desamparar, ni quitar la acusacion que oviere fecho. . . pero si deshonra ninguna non oviese recibido, bien podria el Acusador desamparar la acusacion con otorgamiento del

FERRAR. BIBLIOT. TOM. I.

rum auri fisco applicandarum, l. 3. ff. de prævaric. (Vide leg. 19. & 22. tit. 1. p. 7.) II. Ab instituta accusatione, si persequi eam velit, repellitur, l. 2. & 3. ff. ad turpillan. III. Infamia notatur, & ad expensas, & 20 damna condemnatur, l. 3. cap. qui accusare, l. Spurii 6. §. qui iudicis ff. de accusat.

Excipias tamen ab iisdem poenis feminam, atque 21 minorem, nisi tamen pacto, aut pratio accepto ab accusatione desistant, l. 1. §. accusat. 10. ff. ad turpillan. Gonzalez cap. 14. num. 5. de accusat.

ACCUSATUS.

SUMMARIUM.

- 1 Accusatus fatigandus non est, si accusator non est legitimus.
- 2 Non potest puniri, nisi convincatur.
- 3 Non potest alium accusare, nisi prius se purget à crimine.
- 4 Pendente accusatione non potest esse testis.
- 5 Non tenetur respondere, nisi oportet.
- 6 Et danda sunt omnia capitula &c.
- 7 Tenetur se purgare canonice.
- 8 Si dum purgat, deficit, habetur ut reus.
- 9 Bona fama ejusdem facit presumptionem innocentiam.
- 10 An teneatur veritatem fateri iudici, ad num. 23.
- 24 Accusatus seu reus, qui crimen semel negavit injurte, & cum juramento, an teneatur illud confiteri post latam sententiam, ad num. 28.
- 25 Accusatus, seu reus, qui ut tormentorum mentitus sibi falsum crimen imposuit, an teneatur se retrahere, ad num. 42.
- 43 Accusatus, seu reus interrogatus à iudice, ut sub juramento dicat quantum meritis v. gr. apud se retineat, ad quid teneatur.
- 44 Signatur add. ex aliena manu, ad num. 55.

ACCUSATUS fatigandus non est, si accusator non est legitimus, de accus. c. 1. Accusatus non potest puniri nisi convincatur, Nicolaus I. resp. ad cons. Bulg. c. 86. (L. 3. tit. 8. lib. 2. For. Reg. 9. tit. 11. lib. 3. Reg. Ord. Leg. 26. tit. 1. p. 7. leg. 7. tit. 31. ejusd. part. Leg. 12. tit. 14. p. 3.) Accusatus non potest alium accusare nisi prius se purget à crimine, caus. 3. q. 1. c. Neganda, Stephan. I. epist. 2. (L. 10. tit. 16. p. 3.) Accusatus pendente accusatione non potest esse testis, de test. cap. fin. Non debet. Accusatus non tenetur respondere nisi vocetur, Damasus, c. 5. q. 2. c. Vocatio ad Synodum. Accusato danda sunt omnia capitula, in quibus accusatur, nomina, & dicta testium, ut possit se defendere, excepto casu hæresis, quia in hoc non dantur nomina, de accus. cap. Qualiter. Accusatus etiamsi non sit convictus, vel accusator deficiat, adhuc tenetur se purgare canonice, Conc. Later. III. in append. p. 50. c. 65. Accusatus, & 8 non convictus, si dum se purgat, deficit, habetur ut reus, Conc. Later. III. in append. p. 50. c. 65. de Simonia, c. 13. & 15. Bona fama accusati non solum facit presumptionem innocentem, sed abstergit presumptionem contra ipsum, Rot. Roman. p. 9. tom. 1. dec. 245. n. 62. cum seq. Accusatus non tenetur veritatem fateri iudici, etiamsi interrogetur sub juramento, quando non servato juris ordine interrogat, id est, nondum habitis de delicto mani-

Juez fasta treinta dias. . . (2) L. 4. tit. 10. lib. 8. Ibi: Pero procediendo cerca de las dichas palabras, mandamos que aunque despues la parte que dió querrela, se aparte de ella, que nuestras Justicias hagan justicia. . .

P 2

festis indicis, non precedentē infamia, ut semiplena probatione, ut colligitur ex c. Qualiter & quando 17. & cap. Cum oportet 19. & cap. Inquisitionis 21. de accusat. ubi Judex prohibetur procedere ad inquisitionem, & examinationem reorum nisi juris ordine servato, adeoque hoc non servato, cum ipse interroget ut persona publica de delictis ipsi tamquam Judicis de jure manifestandis, nullam potest reo obligationem imponere ad dicendam veritatem, cum jus hanc facultatem ipsi non concesserit. D. Thomas 2. 2. quæst. 69. art. 2. in capit. ubi aperte ait: *Aliud est veritatem tacere, aliud est falsitatem proponere, quorum primum in aliquo casu licet, non enim aliquis tenetur omnem veritatem confiteri, sed illum solum, quam ab eo potest, & debet requirere Judex secundum ordinem juris, puta cum processit infamia super aliquo crimine, vel expressa indicia apparuerunt, vel etiam cum processit probatio semiplena, falsitatem tamen supponere in nullo casu licet...* Sic ergo, concludit S. Doctor Angelicus: Sic ergo reo, qui accusatur, licet se defendere veritatem occultando, quam confiteri non tenetur per aliquos convenientes modos.

11. Conveniens autem modus ad evitandum perjurium in occultanda veritate Judicis non legitimo, seu non servanti juris ordinem, est vel tacere, vel respondere se paratum esse satisfacere interrogationi a legitimo Judice, juris ordinem servante promananti.

12. Tenetur tamen accusatus fateri crimen Judicis legitimo, & servato juris ordine interroganti, & præcipienti sub juramento de dicenda veritate, alias non excusabitur à peccato mortali, & perjurio. Sic tenent Sanctus Thomas 2. 2. q. 69. art. 1. Covarrubias, Layman, Navarrus, Lessius, Sannig, Sanchez, Toletus, & omnes alii communititer. Et ratio est, quia quilibet tenetur obedire superiori legitime, & justè præcipienti. Sed Judex servato juris ordine procedens legitime, justè præcipit, dum sub juramento præcipit de dicenda veritate super delicto, de quo habetur semiplena probatio &c. ergo. Tum quia jus præcipienti in Judice, & debitum obediendi in reo sunt correlativa, ergo si Judex legitimus habet veram jus se potestatem præcipiendi accusatus, sed reus habebit strictum debitum obediendi, & veritatem dicendi. Tum etiam quia si Judex non haberet hoc jus, & potestatem obligandi reos ad fatendam crimina, & repererunt orbis atrocissimis delictis sub hac spe ea sic occultandi, & penas debitas evadendi, adeoque &c.

15. Loquendo vero de confessione & manifestatione delictorum inferentium penam capitalem, vel alias gravissimas penas, ut trirèmes, confiscationem omnium bonorum, & similes abeunt in diversa DD. Communis, & prima sententia absoluta sustinet teneri semper sub mortali accusatus, seu reum legitime interrogatum fateri veritatem, etiam si propter talem confessionem esset morte plectendus, & sine tali confessione haberet fundatam spem mortem evadendi. Sic D. Thom. 2. 2. q. 9. artic. 1. D. Antonius, Ericus, Gabriel, Aragon, Cordub. Paludanus, Tabiena, Armilla, Navarrus, Valentia, Toletus, Grashus, Salon, Petrus de Ledesma, Sayrus, Banez, Philarcus, Goner, Covarrubias, Malderus, Thomas Sanchez, Didacus Perez, Simancas, Antonius Gomez, Archidiacon. Panoritanus, Bernardus Diaz, Gutierrez, Lucas de Penna, Evarardus, & alii post S. August. qui in Psalm. 30. enar. 2. n. 12. habet præcisa verba: *Timentis morti mentitur, & moritur antequam moriatur, qui ideo mentiebatur, ut viveret. Mentiris vis ne moriaris, & mentiris; & cum vitas unam mortem, quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas, ut prius in anima, postea in corpore moriaris; & pro rationibus adducunt præcipue jus, quod habet Judex legitimus ad interrogandum, & præcipiendum sub juramento de veritate dicenda, & strictum debitum, quod habet reus juris ordine interrogatus ad obediendum, & veritatem manifestandam, cum aliis mox laudatis n. 13. & 14.*

17. Secunda sententia sustinet non teneri fateri suum delictum, si propter illud plectendus sit pena capitali, vel trirémium, aut alia simili, si nullum grave damnum republice timeatur, & dicit excusari à perjurio celando veritatem per restrictionem, aut æquivocationem

externam, respondendo, v. gr. non commisi delictum, subintelligendo ad manifestandum tibi sub culpa ad me proferendum. Et si delictum est sacramentaliter confessus, & de eo absolutus respondendo, sum innocens, & immunitis ab hoc delicto, vel similitur; quia tunc restrictio est satis externata à circumstantia penæ gravis, quæ sequeretur, cum id, quod subintelligitur, subintelligatur ex circumstantiâ extrinseca talis gravis penæ. Et sic tenent Navarra, Silvester Angelus, Armilla, Emmanuel, Rodriguez, Salcedo, Vega, Lessius, Sa, Baldellus, Salas, Enriquez, Villalobos, Pilluccius, Fagundez, Alcozer, Reginaldus, Peyrinus, Diana, Joannes Sancius, Busenbaum, Claudius, La Croix, Viva ad proposit. 26. & 27. damnat. ab Innocentio XI. num. 20. & 21. & alii, inter quos Cardinal. de Lugo tom. 2. de justitia disp. 40. sect. 1. num. 14. & 15. ubi adductis solidis argumentis, dicit hanc sententiam stando in ratione esse multo probabiliorē, & Cardenas dissert. 19. ad prop. 26. & seq. damnat. ab Innocentio XI. cap. 7. num. 81. ubi dicit hanc sententiam esse veram, & suum fundamentum esse inconcussum; & fundamentum est hoc. Leges, & præcepta humana non obligant cum periculo vitæ, aut alterius similis gravis damni: sed præceptum Judicis est humanum, & positivum, & confessio criminis licet semiplena probati est cum periculo vitæ, aut alterius similis gravis damni, ut supponitur; ergo non tenetur reus sub mortali, & perjurio confiteri tale crimen: major de se patet, quia lex humana debet esse de re humano modo possibili, & accommodata infirmitati humane, ut de ipsismet legibus habetur cap. Eric. autem lex dicit. 4. alioquin erit inutilis, cum solum deserviat ad illa quædam conscientias; est autem humano modo impossibile, quod delinquentes alioquin condemnandi velint dicere testimonium contra se, ut damnentur ad mortem; adeoque Judex nequit imponere simile præceptum, & reus potest crimen celare modis, quibus supra. Tum quia leges humanæ non obligant testes deponere contra personas sibi valde conjunctas, caus. 4. q. 2. c. Si testes §. l. Julia, & l. 4. ff. de testi. l. 5. C. eod. ergo multo minus obligabunt, quod aliquis deponat contra seipsum in causa amittendæ propriæ vitæ. Unde Judex non potest amplius à reis criminaliter inquisitis exigere juramentum, dum judicialiter uti principales examinantur, ut novissime statuit Bened. XIII. in Conc. Rom. tit. 13. de jurejur. v. 1. Vile verb. Juramentum art. 1. n. 16. & verb. Reus num. 26.

Verum hæc sententia quæ laxioris Ethicæ sectatores olim propugnauerunt, & fortè adhuc propugnant, præterquam quod æquivocationes per restrictiones mentales à sancta Sede damnatas, parocinetur, civilem societatem perturbat, judicialiari à Deo hominibus traditam potestatem elidit. Hanc obligationem veritatis apertendæ Judicis legitimo interroganti, servato juris ordine, ipsa ratio naturalis ostendit: tantum abest, ut quis possit æquivocationibus & restrictionibus uti.

4. Dicit hic R. Theologus quod adducta à me prohibito Benedicli XIII. exigendi juramentum à reis criminaliter inquisitis; potius jugulet, quam roboret meam conclusionem. Sed si advertat, quod additio talis prohibitionis multum inservit pro evitandis veris & formaliter perjuris in reis rubidis, qui ignorant, an legitime, vel illegitime à Judice sub juramento interrogentur, & nescientes licitos modos, traditos à doctoribus pro diversitate casuum evitandi in suis responsionibus formale mendacium, & simul occultandi veritatem, ut plurimum formaliter & verè pejerant; si que stat quod non potius jugulet, sed eo magis conclusionem corroborat. Videatur ad rem Theologia moralis novissime impressa doctissimi P. Gabrielis Lector Cappuccini tom. 2. tract. 2. q. 2. per tot. ubi plurimas adductis, eruditè docet, & solide probat omnia à me loc. cit. tradita, & à Theologo R. hic in controversiam adducta.

Ne multa congeram, Catechismi Concilii Trident. auctoritatem per oculos pono: De reis autem, inquit 3. 21. part. cap. 9. & sonibus, vult eos Deus verum confiteri, 23. cum ex judicii formula interrogantur; est enim testimonium, ac prædicatio quedam illa confessio laudis, & gloria Dei. Hac de causa ajebat Card. Puffus, part. 6. 24.

sententiarum cap. 53. Nihil ergo aliud reo consulendum, nisi ut abhorrens perjurium, penam potius à Judice temporali temporalem suscipiat, quam ea pauper per dilata, ab æterno mereatur æternam.

25. Accusatus, seu reus, qui crimen semel negavit injustè, cum juramento, non tenetur illud confiteri post latam sententiam, quia finito judicio finitur obligatio rei, cum confessio ordinatur ad confirmandum judicium: Sic cum DD. Immo probabile est, nec ante sententiam ad id teneri (etiamsi sit in potestate Judicis) donec iterum interrogetur, nisi imminet damnium tertio, quia tunc teneretur illud reparare, vel parti satisfaciendo pro omnibus suis damnis, vel se retractando, & veritatem confitendo. Immo probabilius est, nec teneri ad se publice retractandum, nec posse ad id obligari à Confessario in articulo mortis, quando non obstante delicti negatione reus convictus est, & damnatus dicitur ad patibulum, vel jam in ipso patibulo moriturus existit: Sic sentit Card. de Lugo tom. 2. disp. 40. sect. 1. num. 19. Sanchez tom. 1. in Decalog. lib. 3. c. 7. Navarrus, Segueria, Salcedo, Emmanuel, Navarra, Sayrus, Sa, Philarcos, & multi alii: & ratio est, quia pro tunc non durat amplius interrogatio Judicis, jam enim Judex functus est officio suo prolata sententia, immò jam esset inutilis interrogatio, cum non deserviat ad decisionem causæ: tum quia sequendo contrariam sententiam daretur locus iniquæ alioquin Judicium consuetudini, qui simulat se reum damnare ad mortem, ut in illo articulo constitutus fateatur suum crimen; quod si fateatur, eum de facto morte plectant, si verò non fateatur, reducat ad carcerem; non ergo debet Confessarius cogere reum in illo discrimine ad fatendum suum crimen cum tanto periculo; eo vel maxime quòd sic exponeretur reus etiam proximo periculo damnationis æternæ, cum posset de facili dari, quod reus nollet Confessario obedire, & stante tali Confessarii insinuatione cum conscientia erronea crederet se teneri, & sic moreretur, adeoque damnaretur.

27. Nec valet dicere, quod ejus taciturnitas redundaret in detrimentum, & scandalum accusatoris, testium, & Judicis apud populum male de tali sententia inconfessi sententiam. Non valet, quia præsumptio stat semper pro sententia iudicis, & justè prolata, & creditor reum negasse, eo quòd non censebat se obligari ad fatendum, sicuti revera non tenebatur, sed potius tueri illam qualemcumque vitæ spem, quam poterat habere, adeoque non tanti momenti esset detrimentum, & scandalum accusatoris, testium, & Judicis apud populum, ut per hoc posset obligari reus ad publicam criminis confessionem cum tanto sui periculo.

28. Et cum opposita huic sententia sit probabilior, fatentibus adversariis, à Cabassuti animadversione recedendum nullatenus videtur. In verba celeberrimi Canonistæ L. 4. Jur. can. Theor. & Pr. c. 6. n. 4. ubi relata ex Lessio Auctoris sententia, subdit: *Ista quidem probabiliter profert Lessius; sed cum idem multò asserat esse probabiliorē sententiam oppositam, nego licere sive isti reo juridicè interrogato differri, sive Confessario reum sic bonam fidem, ut si quis subest periculum mortalis culpe, opinionem eligat minus probabilem, & minus tutam, relinquendo probabiliorē simul & tutiorē. Sed prudens Sacerdos recusatibi absolvere reum, ut ipse indignum, simulque præstolatoris eventum. Aut enim reus diffidens dimittitur, dimissus porro non tenetur postea apud Judicem confiteri... vel è contra reus non confessus condemnabitur; eoque casu cum nihil supersit quod amplius metuat... Confessarius illum factus ad confitendum judicialiter scelus suum adiget, ad hoc enim obligatur quamdiu est sub juridica potestate æternus.*

29. Accusatus, seu reus, qui metu, vel vi tormentorum mentis, sibi falsum crimen imposuit, ob quod sit morte plectendus, tenetur se retractare, si tali retractatione impediri possit mors ipsius, vel infamia, aut qualibet aliorum damna, ob quæ negare tenebatur, quia si non se retractaret in tali casu videretur voluntarie continuare causam suæ mortis, & aliorum infamiae, seu damnorum, quæ ratione suæ falsæ confessionis sequeretur, quæ om-

nia si posset sua retractatione impedire, & nollet, non posset absolvi, cum non esset dispositus. Si verò confessionis falsæ retractatio nihil prodesset ad revocandam sententiam prolatam suæ mortis, nec ad impedienda aliorum damna, & infamiam, non teneretur se retractare, cum jam penitus inutilis esset ejusmodi retractatio. Sic fere comm. DD. qui dicunt in tali casu consulendum esse reo, & ita fieri solitum, ut saltem ante mortem publicè fateatur se metu, seu vi tormentorum contra veritatem confessum fuisse, quia licet non totaliter, magna tamen ex parte aliorum infamia minueretur, & multi probabiliter crederent magis retractationem in mortis articulo conscientie stimulis factam, quam confessionem præteritam tormentis extortam.

Accusatus ex præsumptione falsa, à Judice interrogatus non tenetur confiteri propositionem veram, ubi ista confessio condemnandus esset in foro externo de crimine, aut debito, ad quod revera in foro conscientie non tenetur, & iste non solum coram Deo esset immunitis à mendacio, sed etiam à perjurio, si ita negaverit: ut solidè susinet Navarrus in cap. Humane aures 22. q. 5. per tot. de Lugo disp. 40. de justis. & jur. sect. 1. num. 4. Sanchez, Covarr. Baldus, Hippolytus, Stotus, Fagundez, Jason, Silvester, Sayrus, Diana, Anacleo, cum aliis passim, & colligitur ex mente S. Gregorii Papæ c. Humane aures 22. q. 5. & c. Intelligentia 6. de verbor. significat. & S. Thom. q. 69. art. 1. Et ratio est, quia in tali negatione, vel juramento nulla à parte rei intervenit falsitas, ergo nec mendacium, vel perjurium: antecedens probatur, quia interrogatus vel adjuvatus non tenetur attendere ad verba nudè, seu materialiter spectata ipsius Judicis, sed potius ad ejus intentionem, & mentem, quia, ex Divo Gregorio relato ubi supra, non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem, & intentionem, quia non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni; sed interrogatus à Judice ex præsumptione falsi delicti, vel debiti, negans propositionem utpote falsam in sensu à Judice principaliter intento, attendit ad intentionem Judicis interrogantis, & non ad ipsius verba nudè, & materialiter prolata, ergo, &c. Tum quia accusatus non tenetur fateri veritatem, quando interrogatur injustè, cap. Qualiter, & quando 17. & cap. Inquisitionis 21. de accusat. & si Judex sciret veritatem, & accusati innocentiam, non posset ipsum interrogare ex S. Thom. quæst. 69. art. 1. & aliis passim, ne illum injustè diffamaret, aut viam aperiret ad injustam ejus condemnationem, qualis ex gravi præsumptione licet à parte rei, & ante Deum falsa sequeretur, ut supponit conclusio, si accusatus absolute confiteretur propositionem illam.

Et totum hoc clarificatur à DD. variis exemplis. Lugo disp. 40. de justis. & jur. sect. 1. num. 4. asserit exemplum de Titio, qui ex præsumptione falsa commissi homicidii judicialiter interrogatus, an exierit ex tali domo, & tali tempore stricto ense, quod totum verum est, & etiam semiplenè probatum; sed cum ipse sit innocens à tali homicidio, & suus exitus fuerit ob aliam causam, potest licet cum juramento negare talem exitum, ne alioquin licet innocens condemnentur ob tam gravem præsumptionem tamquam reus illius homicidii, cum sic non mentiretur, juxta debitam intentionem Judicis Interrogantis secundum superius dicta. Covarrubias variar. resol. cap. 1. num. 3. post Bald. in Rubr. C. de fid. instrum. num. 30. & Hippol. sing. 177. & multos alios, dicit, quod si Claudius, v. gr. petat à me centum scuta, quæ mihi mutavit, & ego secreto, sive absque testibus ipsi verè jam solvi, possim sine ullo crimine hanc ejus petitionem negare, prout in ea petitione actoris propositio continetur, quia, inquit, nullum hic intervenit mendacium ratione, quod actor in eo libello asserat centum mihi mutasse, & adhuc me esse sibi de illis debitorem; hoc enim falsum est, cum ei omnia illa centum scuta solverim, & ideo petitio ea forma, qua fit, & Judicis exhibetur, falsa est justèque à me negari potest in genere. Idem asserit, & tenet Jason in leg. Manifestè §. 7. ff. de jurejurando: ubi de hoc ipso casu loquens post Immoiam, & Germinianum, & alios concedit posse me jurare, quod mihi nihil mutasti, nempe ex quo tibi debitor sim, prout nunc in-

judicio præteritis. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. ro. num. 27. affert exemplum de eo, qui fidei promisit matrimonium: sique certus sit, quod in foro conscientie vi hujus promissionis, utpote fidei, non teneatur ducere puellam, cui talis promissio facta est, & quia si in judicio fateretur talem promissionem, cum internam fictionem probare non posset, in foro externo certissime ad eam ducendam esset condemnandus, ideò posset sine mendacio negare illam promissionem sub dicto modo. Alia ab aliis afferuntur consimilia exempla, quæ ne nimis in longum trahantur, relinquuntur videnda penes ipsos, & præcipue apud Navarrum, Silvestrum, Sporer, Cardenas, Suarez, de Lugo, Sanchez, La Croix.

36 Nec valet dici, quod hæc sententia, & allata exempla videantur damnata ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. in istis tribus damnatis propositionibus 26. 27. & 28. in ordine: Propositio 26. Si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine, juret se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam diem ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum; revera non mentitur, nec est perjurus. Propositio 27. Causa justa vendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad solvendum corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritas occultatio censetur tunc expediens, & studiosa. Propositio 28. Qui mediante commendatione, vel munere ad magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali prestare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solvi exigi, non habio respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

37 Non valet, inquam, quia in istis tribus propositionibus damnantur solum restrictiones pure mentales, seu amphibologie, quæ sunt per restrictionem mentalem, addendo verbis aliquid sola mente reatum, ut pro certo notant Cardenas dissert. 19. cap. 4. num. 35. Sporer tom. 3. in præcept. decalog. cap. 1. sect. 3. num. 104. & alii; talis autem non est in casu nostro, cum nostra exemplificata negativa restrictio nihil addat sola mente reatum, quinimò correspondeat menti Actoris, & Judicis interrogantis, qui modus respondendi ad mentem interrogantis est licitissimus, cum propriè loquendo non sit amphibologia, sed justa veritatis declaratio, quamvis eam non percipiat, qui interrogat, ut docet Suarez t. 4. disput. 23. sect. 6. num. 5. Cardenas dissert. 19. cap. 4. num. 48. & Lugo Card. disp. 23. de pan. sect. 4. n. 75. ubi dat hoc exemplum: Qui habet unum panem sibi omnino necessarium, verè respondet se nullum habere ei, qui petit panem commodatum, quia nullum habet, quem commodare possit; de quo solo ille interrogat, & loquitur. Et sic docet S. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. art. 1. q. 1. ad 2. ubi agens de obligatione sigilli, qua obstringitur Confessarius, ait: Si præcipiatur sub pena excommunicationis lata sententia, quod dicat, si quid scit de peccato, non debet dicere, quia debet estimare quod intentio præcipiens sit, si sciat ut homo.

38 Nec valet instare, quod ille verè mentitur, qui aliud cogitat mente, quam ore profert juxta Glossam in cap. Is autem dist. 2. quest. 2. verb. Insuper, & juxta cap. Homines ead. caus. 22. q. 2. Ream linguam non facit nisi mens rea, id est aliud mente putans, quam lingua dicit, propter quod in c. Humanæ aures 22. quest. 5. expressè, & notanter dicitur: Humanæ aures verba nostra talia judicant, quæ foris sonant: Divina verò judicia talia ea audiunt, quæ in intimis profertur. Unde cum exemplis allatis aliud quis cogitet mente, quam ore profert, quia affirmat v. gr. se non promississe matrimonium, quod scit se verbis promississe, sequitur talem sic respondentem, & negantem verè mentiri, & si juramentum negavit, verè esse perjurum, cum juramentum in foro conscientie sit interpretandum juxta intentionem recipientis juxta cap. Quocumque caus. 22. quest. 5. ubi habentur præcisæ hæc verba: Quocumque arte verborum quisque juret, Deus tamen qui conscientia est testis, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit.

Non valet, inquam, instantia, quia ut solidè probat. 40 Navarrus in comment. c. Humanæ aures &c. q. 2. n. 13. falsum est quòd talis aliud cogitat mente, quam ore profert; quinimò sic respondens mente cogitat, & verè scit, se non promississe matrimonium, cum illud (ut supponit casus noster) solum fidei promiserit, adeoque iste ore profert, quod verè mente cogitat, & scit sic verum esse in conscientia, nec obligari ad tale fictum matrimonium, licet teneatur in poenam fictionis ad compensationem omnis damni inde puellæ sic deceptæ subsecuti.

Et licet juramentum cit. cap. Quocumque, sit interpretandum juxta mentem recipientis, & regulariter respondendum sit interroganti juxta mentem, & intentionem ipsius: secus autem quando quis interrogatur, & adjuratur alia mente, & intentione ab illa, qua justè & legitime debet interrogari, & adjurari; ut in nostro casu, sicuti notant DD. ex S. Thom. loc. cit. num. 13. & expressè Navarrus in cit. comment. cap. Humanæ aures &c. & Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 33. sect. 6. n. 7. ubi dicit non mentiri Confessarium, qui cum urgetur interrogatus, an talis femina confessa sit adulterium, absolute negat, licet per confessionem sciat revera illud commississe; quia tunc respondet ad intentionem interrogantis. En ejus verba præcisè: alius modus, & melior est, ut responsio accomodetur intentioni debite interrogantis, quæ esse debet, an alius taliter sciat, ut respondere teneatur; quo sensu verè negat auduisse. Dicitur, hunc sensum respondentis interrogati, nam qui interrogat, an audierit in confessione, hoc ipso excludit omnem alium modum. Respondetur id verum esse ex ejus formali intentione; illi tamen imputari repugnantiam in ipsis verbis, & interrogatione: alium verò uti jure suo respondendi juxta mentem legitimam, quæ incerte debet.

Et hoc potissimum verificatur in suppositis nostris casibus, in quibus intervenit justissima causa sic respondendi, ne alioquin innocens ex presumptione falsa delicti, vel debiti injustè condemnaretur, ad quod facit canon. Intelligent. 6. de verb. significat. ubi dicitur: In intelligentia dictorum ex casibus est assumenda dicendi; quia non tenentur rei, sed rei est sermo subjectus. Cum igitur nostræ allatæ responsiones dentur, & quidem veridicè juxta causas dicendi, nempe juxta eas causas, ex quibus iudex interrogavit, & accusatus, seu reus respondere debuit, sequitur evidenter ipsam responsionem non esse mendacem, neque perjuram.

Accusatus, seu reus interrogatus à Judice, ut sub juramento dicat, quantum meritis v. gr. apud se reitotat, excusatur à perjurio, etiamsi cum juramento neget partem meritis, ne solvat gabellam evidenter injustam, supposito quod in iis circumstantiis non interrogetur legitime. Sic enim potest respondere ad mentem interrogantis ut mox dicebatur, & non mentiri, quia habens v. gr. centum mensuras tritici, vini, olei, & similitum, & negans se habere plures, quam voluit, verum dicit ad mentem interrogantis, nam iudex solum interrogat de illis, ex quibus debet gabellam solvere, & cum non debeat solvere eam gabellam injustam, verum est ad mentem interrogantis, quod non habeat eas, ex quibus debeat solvere gabellam, cum supponatur quod justè debeat gabellam solvere solum pro viginti mensuris, & non pro pluribus. Sic expressè Cardenas dissert. 19. cap. 7. numer. 77. Lugo Card. loco superius citat. sub num. 13. Suarez l. 6. sub n. 15. & alii, & colligitur ex S. Thoma l. c. sub n. 13. cum juxta suam mentem ibi expressam non mentiarur Confessarius, dum respondet ad intentionem, quam debet estimare in præcipiente; quem secutus Suarez l. c. dicit interrogatum uti jure suo respondendi, juxta mentem legitimam, quæ incerte debet. Vid. sup. n. 15.

¶ Plura ex hoc delenda videbantur articulo doctrinæ Romanis Censoribus, qui opus Superiorum jussu examina verant, quæ nimis laxa, & optatè in humana societate felicitati inimica arbitrabantur. Ne verò detrunctum imperfectumque opus vulgasse non conquerantur Lectores, nil ex eo detrahimus, sed satis esse duximus, brevi hac animadversione nostra minus tutas opiniones ab Auctore ex aliena sententia indicare, atque reellere. Laxas autem hujusmodi de reorum obligationibus opiniones

ex eo apud benigniores Casuistas ortas arbitramur, quod si de accusato, ac coram Judice constituto reo disputantes ad ea unice attenderint, quæ compatientis affectus suggerunt. Nam hæc unice via philosophando reum ab illa possunt obligatione liberare, qua interroganti ac præcipienti Judici respondere, ac verum fateri tenetur; atque hæc unice via existimabimus Judicis interrogationem eludere, ac veritatem occultare reum posse, dicendo v. g. non commisi, non feci, eo animo ut exprimerè dumtaxat velit, non commisi, ut tibi, o Judex, vel non ritè interroganti, vel gravè mihi malum poenæ afferre volenti, manifestem. Hæc sanè, atque iis similia consideranti miseram rei conditionem humani suggerunt affectus. Ut si humanæ societatis, ac reipublicæ bonum consideretur, si ad leges attendamus, quæ pro securitate, ac communi nostra felicitate constituta sunt, si cogitemus Principes, eorumque Ministros locum in terris Dei tenere, dum vindictam de reis sumendo ea præsent, quæ ad optatum hominis securitatem necessaria sunt, in contrarium facile sentiamur flecti. Nam fures, homicidæ, alique hujusmodi furfuris homines, furando, occidendo, vel aliud quidquam simile committendo, securitatem, ac pacem illam ledunt, cujus causa civilem homines societatem inierunt. At ad hæc hominibus securitatem restituendam, necesse est, ut fures, alique facinorosi homines agnoscantur, & puniantur, ut notum sit quos timere debeamus, & ut ex horum punitione alii quoque compescantur. Nisi enim qui fures sint, quique facinorosi homines agnoscantur, timor ille ex hominum cordibus non depellitur, quo tranquillitas leditur ex securitate orta: & nisi cogati puniantur, ac penam terrore concutiantur alii, tranquillitas in humana societate non viget. Itaque ad bonum societatis spectat hujusmodi reorum confessio atque punitio. Accedit etiam reos illos, libere furando vel occidendo, sponte se subiecisse poenæ gravissimæ à lege contra hujusmodi delinquentes constituta. Quis ergo hos ab obligatione excuset confitendi delictum ea unice de causa, quia ex tali confessione magnum ipsis imminet poenæ malum? Hæc enim malo sese liberè subiecere contra legem pro publico bono ac totius populi securitate constitutum peccando. Rursum legitimus iudex servato juris ordine interrogando ac precipiendo, ut reus veritatem fateatur, supremæ potestatis ministerium exercet, ac ordinationem illam inculcat, quam Deus per rectam rationem stabilit, ut homines securæ felices in societate vivant; ergo qui interrogati, & præcepto hujusmodi non obtemperat, Dei ordinationi resistit; qui verò Dei ordinationi resistit, peccat. Atque hæc habet, quam inepitum sit adversariorum effugium, qui ut ab hæc ream obligatione absolvant, præceptum Judicis ajunt humanum esse, ideoque cum gravi incommodo homines non obligare. Numquid mere humanum præceptum est ordinatio illa, quæ ex lege Dei æterna per rectam rationem manifestata pendet?

Ajunt verò Judicem potestatem utique habere præcipiendi sub poenâ, non verò sub culpa. Sed quis æquo animo id ferat? An non culpam semper supponit poenâ? Poenâ enim, inquit doctissimus Dominicus Soto, attestante vel ipso nomine, tam connatam habet connexionem ad culpam, ut poenæ neque iustum nomen habeat, nisi sit pro culpa imposita; poenâ siquidem, ut ait S. Thom. non debetur nisi peccato.

Dices verò, si res ita se habet, cur Benedictus XIII. in Concilio Romano vetuit, ne à reis criminaliter inquisitis jurandum exigeretur? At non video, quo nixus fundamento auctor noster Benedictinam hæc constitutionem in benignioris opinionis præsidium attulerit. Nam illa opinionem hæc jugular potius quam roborat. Initio enim illius constitutionis asseritur, in more fuisse positum apud plerosque Judices, ut sive ex consuetudine, sive ex ecclesiasticis nonnullis decretis reos inquisitos etiam jurando ad verum fatendum compellerent. Hunc verò morem non iniquum, sed consuetudine saltem vim legis habente roboratum fuisse asseritur; de medio verò tollendum decernitur, quia experientia compererat, nil proficere ad extorquendam à reis confessionem. Si Pontifex Maximus potuisse censet Judices præ-

ceptum de veritate dicenda etiam jurando roborare, ut Judices ex reis veritatem confessionis extorquerent, quis dicat censuisse præceptum istud reos non obligare in conscientia?

Sed veniamus ad reliqua, quæ laxiora sunt. Nam mentiri hominem nulla ex causa posse Doctores quoque fatentur, quos Actor sequitur. At reus respondendo, ut supra indicavimus, mentitur. Nemo enim non videt hominem interrogatum nam ex. g. datum furtum fecerit, respondendo non feci, non commisi, mentiri. Si reus ita respondet nihil ultra cogitandum, nemò negat mentiri. Ergo mentitur etiam, dum animo ita secum statuit, ut dicere velit, non feci, ut sibi dicam. Nam mentalis illa restrictio verborum sensum non variat; ergo si absque restrictione verba illa præ se mendacium ferunt, per restrictionem illam à mendacio excusari non possunt. Ajunt verò restrictionem illam pure mentalem non esse, quia ex circumstantia illegitima interrogationis, aut gravis poenæ ob confessionem subeunda, intelligitur reum nescire ad dicendum. Sed hæc sunt restrictiones illæ mentales, quas Auctores tuebantur, quorum propositiones, ab Auctore relatas, Innocentius XI. damnavit. Deinde non posita illa restrictione, reus dicendo non commisi, mentiretur, non obstante externa illa circumstantia; ergo restrictio pure mentalis est, & ad summum animum excludere potest mentiendi in reo, non verò mendacium, quod etiam ab eo committitur, qui apino contemdat falsitatem in opinione alterius constituere fallendo ipsum, ut ait S. Thom. 2. 2. q. 110. art. 1. in corp. Si Judex hoc exquirat, quod non potest recundum ordinem juris, non tenetur ei accusatus respondere, sed potest vel per appellationem vel aliter licite subterfugere: mendacium tamen dicere non licet.

Atque hæc addenda censui, non ut clarissimo Auctori quidpiam detraherem, sed ut Romanis censoribus morem gererem, & ut in hac Bibliotheca ea quoque ethica christiana principia Lectori suppetant; quæ ad nimiam in reis cohædendam mentendi licentiam cum à Patribus, tum à sanioribus theologis disputata sunt, & quæ ad consulendum eorum æternæ salutis, atque ad fovendam tandemque in humana societate securitatem illam, sine qua optata felicitas non consistit, necessaria videntur. Præter restrictiones mentales, de quibus hæcenus dixi, aliud quoque in Auctore minus tutum visum est, quod de Confessario asserit, qui rei ad mortem damnati confessionem exceperit de delicto, quod Judicis commissæ negaverat, ait: Confessarium nec posse, nec debere reum ad illud fatendum delictum obligare. Verum si animadvertatur, Confessarium procurare debere rei poenitentis contritionem, ac patrii sceleris detestationem, ac obligare illum debere ad resarciendum datum per commissum delictum scandalum, ad conciliandum justitiæ per Judicem administratæ suum nitorem, ac debitum obsequium, & ad removendam omnem ex populo de iniqua sententia suspicionem, non video, qua ratione opinio illa defendi queat. Nam confessio illa plurimum ad detestationem delicti, & contritionem confert, ad removendum scandalum, ad comprobendam æquam latam in eum sententiam, atque etiam ad ostendendum populo veram suam conversionem, & contritionem, necessaria est. Hæc si expendantur, facile erit intelligere tutum non esse generalem illam assertionem.

¶ Vide circa hæc Theologi notas allatas responsonem Auctoris pag. 44. n. 19. incip. Dicit hic R. Theologus: Accusatus de jure civili non solum accusantem accusare prohibetur, verum & filium, patrem, vel matrem ipsis accusantis, idque præcedit non solum de eodem, sed & de diverso crimine, l. 15. Qui tenet s. ff. de publico judic. l. Neganda 19. cod. qui accus. non poss. cap. Negando caus. 3. quest. 11. Clar. in §. fin. q. 14. n. 127. Delatus de crimine publico, ab alio super eodem crimine deferri nequit, l. Qui de crimine g. cod. de accusat. Si autem absolutus fuerit in loco delicti, an iterum ritè accusari valeat in loco domicilii, vel originis, distinguitur cum Sorg. de Jurisprud. forens. tom. 9. cap. 1. n. 77. Si absolutio jure assure fraude fuerit facta, ubique valet: Si per fraudem, tunc alibi ritè instituitur accusatio. Item condemnatus in uno loco ad justam

penam fide præstita de hujusmodi sententia, alibi, & accusationem, & penam evitabat, secus si minore culpa tulerit penam in priori loco, Farinac. in prax. quest. 4. num. 3. (Leges in præcedentibus, & immediatis summariis citate recognoscantur.)

5 Accusatus in foro ecclesiastico, & in eo absolutus potest iterum in foro laico accusari, quoties delictum sit mixti fori, Bald. in leg. Placet cor. de sacros. eccler. Aret. const. 58. Sorge de Jurispr. for. tom. 9. cap. 1. n. 77. (Vide add. hisp. per tot. verb. Forum.)

6 Pari modo semel accusatus, & absolutus ab observatione Judicii, si nova sepevererint argumenta, iterum accusationis, & novi Judicii aleam subit, l. Libellorum §. Quod si libelli ff. de accusas. (Ad rem leg. 14. tit. 9. p. 4. l. 12. tit. 1. p. 7.) Intra quantum tempus verò hæc secunda accusatio, si nova superveniant indicia, possit institui, videtis Sorg. loc. cit. n. 78. per tot.

8 Item absolutus per transactionem ab alio accusari legitime potest, si sua intererit, cum unius remissio alteri obesse non debeat, l. 4. §. pen. ff. de repulchro violata.

9 Quare ut transactio plenè sortiatur effectum faciendam est cum omnibus habentibus jus accusandi, vel inquirendi, ideoque etiam cum Fisco, Carav. tit. 271. n. 23.

10 Ritè autem litæ transactione accusatum inter, & accusatorem litæ pendente ante sententiam, vel saltem pendente appellatione, accusatus morte, vel alia corporali pœna plecti nec potest nec debet, de Franch. dec. 370. prope fin. Sorg. tom. 9. cap. 70. n. 34.

11 Reus accusatus, si semel gratiam à Principe impetra-verit, & criminis absolutionem fuerit consecutus, nequit amplius de eodem delicto postulari, molestiis, & pœnis affici ab eodem Principe, l. 10. cod. de sentent. passis. Clarus in pract. q. 59. vers. & hæc quidem. (Vide tit. 11. lib. 1. Reg. Ord. leg. 12. tit. 18. part. 3. tit. 32. part. 7. & tit. 25. lib. 8. Recop. Cust.)

12 Principis enim facultate aggregandi reos pollet in criminalibus, eamque potest alteri delegare, Sorg. dist. tom. 9. cap. 1. n. 82.

13 Reus se ipsum denuncians, vel accusans absolvendus esse videtur de jure civili per text. in l. unic. cod. de fam. libell. cum republice interit crimina non remanere occulta, lib. Eum qui 18. ff. de injur. & famm. libell. Consule Sorg. loc. cit. num. 85. ubi contraria reprobanda sententia, rem rationibus & exemplis firmat.

Prudens Lector præ oculis habeat hæc S. Augustini verba lib. de Mendacio, cap. 3. tit. 6. opusc. col. lebb. 307. Ille mensuratur, qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel quibuslibet significationibus enuntiat. Unde etiam duplex cor dicitur esse mentientis, id est, duplex cogitatio: una rei ejus, quam veram esse, vel scit, vel putat, & non profert: altera ejus rei, quam pro ista profert, sciens falsam esse, vel putans. Observet an qui theoreticam sequitur ad num. 31. ad finem usque tituli comprehensam, aliud habet in animo, & aliud verbis an duplicem cogitationem: unam scilicet rei ejus, quam veram esse vel scit, vel putat; alteram verò ejus rei, quam pro ista profert, sciens falsam esse, vel putans. Quid si rem ita se habere perspexerit, num mentiri cum S. Augustino dicat: Et quando quidem juramento res prolata firmatur, eum perjuri reum esse asserat, quidquid dici possit in contrarium, eum videlicet veritatem confiteri, nullatenus obligari, aut talia non esse mendacia, cum restrictiones pure mentales non adhibeantur. Hæc etiam (pace tanti auctoris, vel potius Authorum, dixerim, à quibus inclitus auctor hæc desumpsit) subterfugia sunt, non alio tendentia nisi ut propositiones à S. Sede damnatas aliquo specioso titulo adhuc propugnentur.

ACEDIA.

SUMMARIUM.

- 1 Acedia ut sic tripliciter sumi potest, & assignatur.
- 2 Acedia sumpta primis duobus modis non est peccatum, sed solum tertio modo.
- 3 Acedia quid sit.

- 4 Hæc acedia sumitur dupliciter, scilicet generaliter, & specialiter.
- 5 Acedia generaliter sumpta in quo consistat.
- 6 Acedia specialiter sumpta in quo consistat.
- 7 Acedia generaliter sumpta potest esse peccatum mortale, vel veniale, & assignatur quando unum, & quando alterum.
- 8 Acedia generaliter sumpta de se, & ex suo genere quando est plene voluntaria, ac deliberata, est semper peccatum mortale.
- 9 Potest tamen aliquando esse solum veniale.
- 10 Acedia Filie sunt sex, & enumerantur.
- 11 Malitia quid sit, & quale peccatum.
- 12 Rancor quid sit, & quale peccatum.
- 13 Pusillanimitas quid sit, & quale peccatum.
- 14 Desperatio quid sit, & quale peccatum.
- 15 Torpor circa præcepta quid sit, & quale peccatum.
- 16 Evagatio mentis quid sit, & quale peccatum.

ACEDIA ut sic tripliciter sumi potest. 1. Sumitur pro quodam tempore, & virtium naturalium habitudine ad laborem suscipiendum, qualis torpor, hebetudo, seu grave accidere solet circa meridiem, vel ob solis ardorem, vel ob sumptam perficitionem. 2. Sumitur pro passione appetitus sensitivi operis laborem, & difficultatem refugientis. 3. Sumitur pro quodam fastidio rerum spiritualium, seu tædio bene operandi. Acedia primis duobus modis sumpta non est, secundum se, peccatum, sed solum tertio modo sumpta; unde solum de ista erit sermo.

Acedia igitur est torpor mentis bona spiritualia inchoare abhorrentis, & inchoata perficere fastidientis. Erat in re comm. Hæc Acedia dupliciter sumitur, scilicet generaliter, & specialiter. Acedia generaliter sumpta consistit in omni fastidio, tædio, & torpore animi bona spiritualia facere negligentis, & sic sumpta non est speciale vitium, quia omne vitium refugit spirituale bonum virtutis oppositæ; sed est vitium illi virtuti oppositum, de cuius bono, & exercitio tristatur quis, in quantum est laboriosus, & corpori molestum, vel delectationis ejus impeditivum, ita ut si tristetur de bono continentie, sit luxuria, si de bono abstinentie, sit gula, & hujusmodi. Acedia specialiter sumpta, seu prout est speciale vitium, consistit in tædio, seu tristitia de bonis spiritualibus, & divinis, ut ad nos pertinentibus, ut si quis doleat, seu tristetur de amicitia, & gratia Dei, pro qua conservanda, & de gloria, & beatitudine æternæ, pro qua consequenda, dura, & difficilia sunt practicanda, & delectabilia fugienda.

Acedia generaliter sumpta aliquando est peccatum mortale, & aliquando veniale. Tunc est peccatum mortale, quando ratione talis Acedie committitur aliquid opus prohibitum, vel omittitur aliquid opus præceptum sub mortali. Tunc autem est peccatum solum veniale, quando opus commissum non est prohibitum, & opus omissum non est præceptum sub gravi: vel quando in omissione, vel commissione deficit plenus consensus, & advertentia, vel quando lex, seu præceptum adimpletur quidem, sed cum displicentia, & tristitia. Comm. Acedia autem specialiter sumpta ex se, & genere suo, quando plene voluntaria, ac deliberata est, est semper peccatum mortale, quia directè repugnat charitati Dei; ratione enim talis Acedie aperte villipenduntur Dei amicitia, & gratia, & æterna gloria, seu beatitudo, cum reputent indigna, ut comparentur difficili virtutum exercitio, victuorumque fuga obtineantur, quod est Deum postponere vilissimis creaturis, & indignissimis sensualibus, & brutalibus delectationibus. Potest tamen esse solum peccatum veniale, si nimirum media, seu opera junctura pro tali consequendo sine adimpleantur quidem, sed cum aliqua negligentia, tristitia, aut displicentia, quia tunc est tantum animi remissi languor, qui non charitati, sed solum ejus fervori adversatur. Comm.

Filie Acedie sex enumerantur à S. Gregorio lib. 31. moral. cap. 17. scilicet Malitia, Rancor, Pusillanimitas, Desperatio, Torpor circa præcepta, & Evagatio mentis circa illicita, & impertinentia. Malitia non sumitur hic prout est quid commune omnibus vitiis, sed accipitur specialiter pro ea malitia, qua quis odio habet

- ipsa bona spiritualia secundum se; vellet ea non esse: dolet, quod bene fecerit; cuperet non fuisse natum, vel creatum à Deo: vellet non agnosuisse Christum, & hujusmodi, adeoque ipsa beneficia Dei contemnit. Talis malitia sic sumpta ex genere suo est peccatum mortale, nisi excuset imperfectio adus. Rancor etiam non accipitur hic communiter pro omni odio, sed solum pro quadam indignatione contra eos, qui ad divina, spiritualia, & salutaria hortantur, & inducunt; talis rancor est ex se solum peccatum veniale, nisi conjungatur cum gravi odio.
- 13 Pusillanimitas est animi dejectio, seu mollities, qua quis formidat aggredi ea, quæ sunt perfectionis, ne aliquando deficiat, ut cohibat amplecti, religionem ingredi, jejunia, aut castigationes, seu mortificationes exequi; talis pusillanimitas est de se solum peccatum veniale, nisi concurrat transgressio mortalium alicujus præcepti, vel voti.
- 14 Desperatio, intellige, consequenda æternæ beatitudinis, est gravissimum peccatum in Spiritum Sanctum, si pleno rationis consensu fiat. Torpor circa præcepta est voluntas grave in impatiens, indeque quæ sunt ex præcepto faciendi, vel penitus omittens, vel tardè, & pigre faciens; talis torpor potest esse peccatum mortale, vel veniale, prout præcepta vel penitus omittuntur, vel tardè, & pigre adimplentur. Evagatio mentis est, qua quis in exercitio operum spiritualium evagatur circa illicita, aut saltem impertinentia; & hæc respectivè ob ipsam mentem se ad diversa diffundere volentem dicitur mentis importunitas; respectivè ad cognitionem, Curiositas; respectivè ad locutionem, Verboritas; respectivè ad propositum, Instabilitas. Talis evagatio mentis de se est solum peccatum veniale; erit tamen mortale, si fiat notabiliter eo tempore, quo requiritur ex præcepto mentis attentio, ut in auditione Missæ, recitatione Horarum &c.

ACOLYTHUS.

SUMMARIUM.

- 1 Acolythus idem est ac Ceroferarius.
- 2 Acolythi officium assignatur.
- 3 Acolythus non potest dispensare Eucharistiam.
- 4 Acolythi, sive alii Clerici in minoribus non sunt assumendi ad cantandam Epistolam, vel Evangelium, etiamsi sit penuria Diaconorum, & Subdiaconorum.
- 5 Contrafactiones debent puniri.
- 6 Acolythus, seu alius Clericus, qui solemniter cantat Epistolam cum tunica, & reliquis sacris vestibus, sed absque manipulo, debet petere dispensationem irregularitatis ad cautelam, & idem est dicendum de Clerico non Diacono, qui cantat Evangelium sine stola.
- 7 Supplementa ex aliena manu, ad num. 10.

- 1 Acolythus idem est, ac Ceroferarius d. 21. c. Cleros.
- 2 Acolythi officium est Innua accendere, & deferre, urceolos vini, & aquæ ad missæ sacrificium præparare, dist. 25. c. Perfectis. (Concordat leg. 11. tit. 6. p. 1.) Concil. Mediol. II. p. 2. tit. de Acolythi. Acolythus non potest dispensare Eucharistiam, dist. 24. cap. Nullus.
- 3 Acolythi, sive alii Clerici in minoribus non sunt assumendi ad cantandam Epistolam, vel Evangelium, etiamsi sit penuria Diaconorum, & Subdiaconorum; Sac. Rit. Congr. in una Alexandrina 15. Martii 1608. Et contrafactiones debent puniri, sed non pœna valde rigorosa, si cantaverint sine stola, vel manipulo respectivè; Sac. Rit. Congr. in una Lucan. 9. Januarii 1601. (Advertendum est, quod Sac. Rit. Congr. in Collen. 5. Julii 1698. decrevit, quod deficiente Subdiacono pro missa solemnè, data necessitate, potest permitti per Superiores, ut substituantur constitutus in minoribus ordinibus ad cantandam Epistolam paratus sine manipulo.)
- 6 Acolythus, seu alius Clericus, qui solemniter cantat Epistolam cum tunica, & reliquis sacris vestibus, sed absque manipulo, debet petere dispensationem Irregularitatis ad cautelam; & simile est dicendum de Clerico

non Diacono qui cantat Evangelium sine stola; Sac. Congreg. Conc. 23. Apr. 1604. apud Nicol. Lucubratorum utriusque juris Canonici, & Civitatis, p. 2. fol. 220. Vide verb. Missa art. 12. post Decret.

Acolythi, seu Acoluthi græce, sonant latine Ceroferarii juxta Isidorum. Sic rectius latine appellantur Comites, Assæla juxta Duarenum de Benefic. lib. 1. cap. 14. qui opinatur eos idcirco fortasse sic dictos, quod Episcopos, quocumque proficiscerentur, comitabantur. Nec sane hoc longe à vero abest. De veteri enim Ecclesie disciplina fuisse, ut Episcopi, ac Presbyteri comites sibi, tanquam perpetuos vitæ testes, Clericos adjungerent, testantur can. 58. & 60. caus. 2. q. 7. & Greg. Turon. lib. 6. cap. 36. Præterea magnam fuisse Acolythorum fidem, ita ut propter ecclesiastica negotia ipsi tanquam Tabellarii ab Episcopis mitterentur ad Episcopos, habetur ex Cypriano lib. 2. ep. 8. & 10. ac lib. 3. ep. 7. 11. & 24. Sed aliæ tandem Acolythi data fuerunt partes, de quibus Concil. Carthag. IV. can. 6. forsam quia charitate deinde defervescente, illorum testimonium Episcopi, & Presbyteri ægre ferre cœperunt.

Acolythos præterea, uti & tres alios minorum ordinum Clericos, meminisse primus videtur Cornelius ep. ad Fab. apud Buseb. lib. 6. c. 43. Auctor epistolæ ad Antiochenos falso Ignatio adscriptæ lib. 2. c. 11. & lib. 8. c. 26. & Auctor canonum, qui dicuntur Apostolorum can. 69. de aliis minoribus Clericis mentionem habent, sed de Acolythi, ne verbum quidem. At hoc inde promanavit, quod non fuit certus, nec semper ubique idem Clericorum minorum numerus in Ecclesia primitiva. Sic Joann. Chrysostomum à Lectoratum, nullo alio interjecto ordine, ad Diaconatum fuisse promotum, testes sunt Pallad. in ejus vita, & Socrates l. 6. cap. 3. Facit quoque can. 13. Conc. Sardicen. tum mos Græcæ Ecclesie, quam unum tantum Clericorum minorum ordinem, nempe Lectoratum, adoptasse ab antiquis usque temporibus scimus: initium aliter Morinus de Ordin. exerc. 15. c. 1. aliter statuit Schelstratus Conc. Antioch. rest. dist. 4. c. 17. art. 2. (Vide leg. cit. n. 2.)

Non est igitur, ut Acolythorum ordo cum aliis minorum Clericorum ordinibus ab Apostolis repertus, ut placet Baronio ad ann. 44. n. 78. Bellarmino de Clericis lib. 1. c. 11. & Schelstrato l. c. spuris & apocryphis quibusdam veteribus monumentis allegatis, tum adducto rest. 23. Conc. Trid. c. 17. de reformat. Non enim laudata Synodus, si rectè perpendatur, id sensit.

Hinc non probari ab Apostolis fuisse minores Clericos institutos, aperte docent Card. Bona rer. hung. lib. 1. c. 25. n. 17. & Amalar. Fortunat. de Offic. Eccl. lib. 2. c. 6. At ii, quibus Sac. Trid. Synodi verba prout literaliter sonant, accipere religio est, non aliter sententiam suam susinere possunt, quam dicendo posse minores Clericos sua origine apostolicæ institutionis dici, quatenus comprehendebantur Diaconatu; cum olim omnes Diaconorum essent partes illæ, quæ crescente fidelium numero fuerunt postea paritate ac tributa minoribus Clericis in Diaconorum levamen institutis. Acedendum est Van-Espen jur. eccler. univ. p. 1. tit. c. 2. §. 1. n. 1.

ACTOR.

SUMMARIUM.

- 1 Actor dicitur is, qui petit, & iudicium provocat.
- 2 Actori incumbit onus probandi.
- 3 Actor non probante, reus absolvitur.
- 4 Actor petens rem ex certa causa, si causam non probat, succumbit.
- 5 Actor non tenetur jurare, si plene probat.
- 6 Actor tenetur sequi forum rei.
- 7 Actor non potest mitti in possessionem absente reo.
- 8 Potest tamen mitti in possessionem causa custodia, si lite non contestata, reus est consummas.
- 9 Actor obtinens possessionem coram iudice, non tenetur coram eo respondera de proprietate, si est alterius fori.